

6351 Laude in platea SAN.; in domo Concorrigiorum OTTOB. In hortis canonicorum Lateranensium BORSIERI ARGEL. ZACC. ANON. In hospitali MOLOSSI. *Nel trasporto andò perduta VIGNATI.* Diu desiderata in hospitali rursus eruderata est 13 Apr. 1869 extatque hodie in museo.

HERCVLI
L · VALERIVS
SECVNDINI · F
OVF · SECVNDIN
ciava 5 VI · VIR · IVNIOR arcus et
ITEM · VI · VIR · VERCELL pharetra
ET · NOMINE
L · VALERI · CRISPI · FILI
ET · VALERI · VITALIS
10 FRATRIS · SVI
V · S · L · M
L · D · D · D

Contuli. Sanutus f. 96 Laud. 10; cod. Ottob. 2967 f. 86' non manu Bononii, sed posteriore; cod. Papiensis f. 22' et melius f. 33; Borsieri ad l. 2 inscr. 7 ex Gandino; Def. Lodi *discorsi* p. 194; Mur. 62, 1 (inde Orell. 3945) ex schedis suis et Cyriaci [i. e. ex Ottobon.], ms. 18, 224, ed. 1092, 7 ab Argelato; Zaccaria episc. Laud. p. 30; Anonymus n. 30 qui delineavit; Molossius p. XXXIV; Vignati p. 235 a prioribus. Denuo repertam ed. M. C(affi) in eph. Mediolanensi *la Lombardia* 5 Mai 1869.

6352 secus Laudem novam ad ripas Abduae CYR. cum suis. In domo Antonii Berinzagae ZACC. In hospitali primario ANONYMUS, EGO. Nunc in museo. — Mediolani ad S. Ambrosii ALC. (Branc. Ap. 30).

HERCVLI
L · VALERIVS
TERTIVS
V · S · L · M

Contuli. Cyriacus in comm. p. 52 n. 137; item Parmensis f. 108' inter Med. n. 43; Redianus f. 79 inter Med. n. 35; Felicianus Laud. 4; Ferrarinus (Trai. f. 62, Reg. n. 3); Lilius f. 15; Sanutus f. 96 n. 5; Bononius cod. Ottob. 2967 f. 85; Alciatus in cod. Branc. Med. n. 12 et apud Cholereum f. 22 et in cod. Feae n. 11 et in add. cod. Dresd. l. 2 f. 88; Apianus 30, 1 (inter Alciatina). 169, 2 utroque loco confusam cum titulo diverso; Smet. 149, 2 ex Apiano; Grut. 44, 12 ex Sarayna et Apiano; Borsieri l. 2 inscr. 9 ex Scaligero Alciato Grutero Surdo; Don. app. 9 ex ms. ant.; Mur. 62, 2 ex schedis Farnesiis (i. e. ex Ferrarino) et Donio. Denuo ex lapide Zaccaria episc. Laud. p. 29; Anonymus Vignatii n. 16; Molossi p. XVIII; Vignati p. 232.

6353 litteris bonis. Laude Pompeia in domo Iulii et Caesaris de Ponte FONT. SMET. In S. Romani LODI, ANON. Deinde in hospitali. Hodie in museo. — Cremonae tribuunt ANONYMUS et BIANCHIUS propter Tacitum hist. 3, 34: 'cum omnia sacra profanaque in igne 'considerent (Cremonae), solum Mefitis templum 'stetit ante moenia loco seu numine defensum', coniectura per se non improbabili, cum inter Pontanianos titulos non pauci sint aliunde advecti ex Italia superiore. Sed tamen cum VI vir Flavialis redeat n. 6369, magis est ut haec origine sit Laudensis.

MEFITI
L · CAESIVS
ASIATICVS
VI · VIR · FLAVIALIS
5 ARAM · ET · MENSAS IIII
DEDIT · L · D · D · D

Contuli. Habent Fonteius de gente Caesia p. 138 (inde Grut. 96, 10) eodemque exemplo Smetianus cod. Neap. p. 109, ubi adiecta est manu diversa; Hier. Borsieri cod. Par. 8957 f. 69 ex Fabricio Gandino; Lodi *discorsi* p. 141 (inde Arisi *Crem. lett.* 1 a. 1703 p. 42; Zaccaria episc. Laud. p. 28; Bianchi *marmi Crem.* p. 298; ex Bianchio Orell. 1795); Mur. ms. 18, 224 ab Argelato; Anonymus n. 32; Molossius p. XX. XXXI; Vignati p. 236.

6356 secus Laudem novam ad ripas Abduae CYR. In privata domo OTTOB.; 'nunc mei Oct. Vineati' adscriptis ibi manus saec. XVII. In domo Cipelliorum LODI 1629. *Conservata sino ai giorni nostri nella casa de' Cipelli avendo essa mutato padrone perì nel rifabbricarla* ANONYMUS. — In hospitali MOLOSSI errore; Mediolani in S. Ambrosii ALCIAT., item male.

M · CVPPE
LIVS
CHARIT
ON
5 VI · VIR
SENIOR
LAVDE
V · S · L · M

Cyriacus in comm. p. 53 n. 142, item Parmensis f. 108' inter Mediolanenses n. 40; Redianus f. 79 inter easdem n. 32; Chigianus l. VI. 203 f. 42; Felicianus Laud. n. 1, qui in Veronensi acceptam refert Cyriaco; Ferrarinus (Trai. f. 62, Reg. n. 4); Alciatus in cod. Branc. Med. n. 11 et apud Cholereum f. 23' et apud Apianum 30, 2 (inde Grut. 384, 5), qui confudit cum titulo Mediolanensi. Aliunde Bononius cod. Ottobon. 2967 f. 85' (inde Mur. 1032, 8 ex schedis Stoschianis); cod. Papiensis f. 21'. 27; Borsieri in praemissis; Def. Lodi *discorsi* p. 42, a quo pendet Donius 5, 201, qui male laudat Vicetinos auctores Trinagium et Marzarium; Fabretti 409, 339, auctorem tacens. A prioribus Anonymus n. 19, Cyriacum laudans; Molossi p. XXXIV; Vignati p. 218.

Vv. divisi ad Parm. Chig. Chol. et sic fere comm. ed. — 1. 2 CVPPELLIVS Cyr. (ed.) Parm. Red. Chig. Felic. (Marc. ex corr.) Ferr., CVPPELLIVS Felic. (Marc. ante corr.) Ottob., CVPPELLIVS Felic. (Veron.) Lodi Chol. Alc., CVPPELLIVS Pap. — 3. 4 CARITON Pap. — Borsieri sic proponit: HERCVLI | M · CVPPELLIVS | CHARITON | VI · VIR · SEN | V · S · L · M. Cui recensione etsi fidem nemo facile praestabit, verum est vocabulum *Laude* molestum esse; nam qui sexvirum Laudensium et Mediolanensium proprietates examinarit, negare non poterit hunc eo officio vix *Laude* functum esse posse, sed tantummodo Mediolani (cf. p. 635). Quod si titulus recte descriptus est, fortasse Charito hoc dicere voluit *Laude* votum se solvere.

6354 Laude in domo Pissavinorum.

MERCVRIO
ET · MAIA e

Lodi *discorsi* p. 363 dat ligno incisam (inde Anonymus n. 40; Vignati p. 237).

6355 Laude nella casa del già Monsig. Maffeo Cadamosto LODI 1629. In canonica Lateranensium ZACCARIA, ANONYMUS. In hospitali MOLOSSI, EGO. Nunc in museo.

L · HOSTILIVS
VRSIANVS
VICTORIAE
V · S · L · M
5 ITEMQVE · LA
VIT

Contuli. Lodi *discorsi* p. 132 (inde Donius cod. Barb. p. 299; Mur. 91, 3 ex schedis suis); Zaccaria episc. Laud. p. 27; Anonymus n. 14; Molossi p. XIX; Vignati p. 236.

5. 6 IN · M · OV · FEN LAVD Lodi nec multo melius reliqui. Lavare quid significet obscurum; quod lege Cornelia punitur qui *nummos aureos argenteos adulteraverit laverit conflaverit raserit corruperit vitiaverit* (Paulus sent. 5, 25, 1), et ipsum explicationem magis requirit quam affert. Fieri potest, ut hic intellegatur statua aerea lota amurca ut ab aerugine defendatur (cf. Plinius h. n. 15, 8, 34).